

non facit in illa sanguinis coniunctione... Respondenti tertiò potest, & rectius, quod in casu d. 5. vlt. pro constanti præsupponit Scauola, donationem illam fuisse inter viuos. Nam forte adferunt verba satis certa, & clara, significatiua donationis inter viuos. Non enim de hoc erat dubitatio apud Scauolam: sed solum, an legatum à muliere factum marito, conferret. Hanc interpretationem probarunt gloss. ibi, & Bolog. in d. l. quæ dotis, num. 46.

Tertiò allegari solet text. l. 2. C. de iure dot. vbi Bal. n. 4. scribit ibi expresse diffiniri, hanc esse donationem inter viuos. Et eandem interpretationem prius probauit Iohannes antiquus glossator, vt refert ibidem Salic. col. 1. ver. ideo Iohannes. ibi. n. filia stipulata est partem dotis à matre data: Deinde mater filiam ipsam vna cum filio hæredes instituit, & etiam filia prælegata reliquit, iussit que eam tacitam, & contentam ea portione, & prælegata esse, causa illius partis dotis à se stipulata, atque ita maritum esse liberum à restitutione illius portionis dotis. si ergo (dicebat Iohannes, & post eum Salic.) probetur, filiam agnouisse prælegata, à petitione dotis submo uebitur, atque ita ex eo repelli non potest filia à petitione portionis dotis, quod donatio illa inter viuos, reuocari non possit, sed ex eo, quod agnoscendo prælegatum se ipsam excludit.

Verum responderi potest, quod in d. l. 2. erat donatio causa mortis. Id quod significant illa verba. dimidiam dotis post obitum matris filiam stipulari. Hic non apparet de aliquibus verbis significantibus donationem inter viuos, & facta est mentio mortis. Ergo præsumitur donatio causa mortis iuxta l. Seia. ff. de don. causa mortis, & dixi supra. Hoc idem suadetur. Cum dixit Antoninus Imp. filiam matris hæredem ex multo minori portione repelli non posse exceptione poli: nisi liquidò probetur matrem mutasse voluntatem. Hic pro constanti præsupponit Antoninus matrem illam potuisse mutare voluntatem. Ergo fuit donatio causa mortis, quia

13 donatio inter viuos mutatione voluntatis donationis reuocari non potest. l. perfecta. C. de donatio. quæ sub modo. Nec hic obstat, quod post Iohannem dicebat Salicet. vbi supra, hanc donationis reuocationem fieri, ex eo, quod si filia agnouit prælegata, se ipsam excludit: Nam respondetur, Antoninū referre verba illa, mutasse voluntatem. Ad personam ipsiusmet matris, quæ donauit. Et ideo non possunt intelligi de mutatione, seu reuocatione, ex facto & acceptatione filia donataria.

14 Contrariam itaque sententiam, quod in d. hæc sit donatio causa mortis, probauerunt Azo, quem recenset Bar. in d. l. quæ dotis, n. 2. qui quidem Azo ita intellexit d. l. quæ dotis. Idem sensu gl. in d. l. 2. C. de iure dotium. Idem etiam sensu sacrum consilium Neapolitanum referente Vincentio Franco in decis. 196. n. 5. post Neapolitanum, quem allegat.

Primò ex d. l. quæ dotis, quam dixi supra probare hæc sententiã, ex quo ibi facta est mentio mortis. Nec obstat consideratio Bar. in d. l. quæ dotis, num. 3. Cum dixit intelligi non posse de donatione causa mortis, ob id quod

15 donatio causa mortis admittit deductionem falcidie. l. 1. §. si quis mortis. ff. quorum leg. & in l. donationibus Co. ad l. falcid. si ergo esset donatio causa mortis, & admitteret deductionem falcidie, dici non posset in casu d. l. quæ dotis, quod ille maritus teneatur vltra vires hereditarias, nã responderetur, quod maritus ille non conuenit tanquam hæres mulieris, quo in casu locus esset ipsi deductioni falcidie. d. l. 1. §. si quis mortis, sed conuenitur maritus tanquam promissor: ideo locus non est falcidie. Et licet marito debitor, hæredique, beneficium inuentarij prodesse possit, teneatur vltra vires hereditarias, vt dixi gl. penult. in d. l. quæ dotis, attamen à beneficio inuentarij ad ipsam falcidiam argui non potest isto in casu,

tu, tum quia eo iure adhuc inuentarij beneficium non fuerat introductum, l. vlt. C. de iure deliber. tum etiam quia in inuentario agitur de damno euicando, d. l. vltim. §. licentiam. In falcidie verò deductione agitur de lueto consequendo. Et rursus accedit, quod vbi conficitur inuentarium, non confunduntur actiones, quas deinde debitor ille cedendo liberauit. Id quod non contingit adita hereditate sine inuentario, vt sic adita fuerat in casu d. l. quæ dotis, cuius tempore (vt dixi) nondum illud inuentum fuerat. Atque ita adita hereditate tenetur in totum, etiam si donatio fuerit causa mortis. Ita enim dicimus, quod hæres adita hereditate, non confectio inuentario, non potest detrudere. Trebellianicam, ex quo per additionem sine ipso inuentario, censetur se obligasse ad restitutionem totius hereditatis, & solutionem debitorum. Sicuti tradunt Bald. Imola & Comen. in l. cum tale. §. 1. ff. de condit. & dem. Bal. Salic. Fulg. in auth. sed cum testator. C. ad l. falc. & l. in l. vlt. §. vlt. nu. 2. C. de iure deliber. qui idem esse affirmant in deductione ipsius falc. Non etiam obstat, quod si hæc fuisset donatio causa mortis, illa censetur reuocata ex eo, quod mulier donans instituerit hæredem ipsum maritum, vt scribit Ang. & Cast. in d. l. quæ dotis, in fi. Nam respondetur, quod donatio illa præsumeretur reuocata, quoniam ipsi marito debitori relicta fuisset liberatio, alio hærede instituto, vt declarat Cast. in l. cū quis decedēs. §. nuptura. de leg. 3.

Secundò hanc sententiam probat text. l. 2. C. de iure dotium, vt attingi supra. Et præter ibi dicta, alia mouet ratio, vt dicam, donationem hanc fuisse causa mortis. Nã si fuisset donatio inter viuos, res parū dubitationis habuisset, quin potuisset Polla illa consequi portionem hereditatis matris, & dimidiam dotis à se stipulata, quia iam donata inter viuos eius propria effecta fuisset, nec locus fuisset compensationi, quia quando debitor voluntarius legat creditori, non est locus compensationi, l. si cum dotem. §. si pater. ff. soluto matrimonio. & l. creditorum. ff. de leg. 2.

Non ita est in donatione causa mortis facta, quia illa adhuc vt non debita, tempore confecti testamenti à matre compensari, seu illius loco aliud legari dicitur. Tertiò maxime confert text. in l. Seia. ff. de dote prælegat. Seia nupsit Lucio Titio, cui dotis nomine centum aureos dedit: Deinde adhibuit Q. Mutium stipulatorem, qui stipulatus est dotem sibi reddi his verbis, si morte mulieris solum fuerit matrimonium, Seia moriens Lucio Titio marito legauit: Lucio Titio marito meo vltra dotem quam ei dedi, ceterum dari volo. Quintus Mutius stipulator motus Seia, statuit, ordinauitque conuenire Lucium Titium maritum pro dotis restitutione. Dubitatum fuit, an is maritus conueniri à Quinto Mutio potuerit, vel repelli debuerit, ob id, quod ipsi Lucio Titio Seia reliquerit centum vltra dotem. Distinguit Paulus quos casus.

Primus est, quod si Quintus Mutius adhibitus est ad stipulandum, procuratorio nomine ipsius Seia, repelli omnino debet à iudicio Q. Mutius. Est ratio, quia cum ipsi Q. Mutio nullum ius fuisset, ex ea stipulatione acquisitum, potuit Seia liberè de ea dote testari, atque ita eam legare Lucio Titio marito suo. Secundus est casus, quod si Q. Mutius fuit adhibitus à Seia animo donandi, hæc donatio (ait Paulus) est causa mortis. Et ideo Q. Mutius censetur gratatus restitueret per fideicommissum ipsi Lucio Titio marito. Ecce quod Paulus interpretatur illa verba stipulationis, si morte mulieris solum fuerit matrimonium, si constat donandi animo prolata, significare donationem causa mortis. Nec hic dicendum est, factum esse mentionem mortis in ipsa donatione, vt dicebant Bar. in d. l. quæ dotis, nu. 3. & Sal. in d. l. 2. col. 2. C. de iure dotium, quia verius est mortis mentionem esse factam in solo casu restitutionis dotis, vt

is, vt se pararetur ille casus ab eo, quado matrimonium fuisset solutum morte mariti. Atque ita casus est merè dubius, carens omni extrinseca coniectura, significante donationem causa mortis. Et hæc mortis mentio est facta in genere, non autem in specie, & ideo non sufficit, vt declarat Alex. in d. l. quæ dotis, num. 10. in 5. limita.

Sextus est casus, quando sumus in dubio, & stipulatio mixtum stipulatorem sibi reddi solut. matrim. vel diuortio, vel morte mariti, vel mulieris. Hoc in casu scribit Salicet. in dict. l. 2. in fine. C. de iure dotium, aliquos existimasse donationem iud. candam esse, vel inter viuos, vel causa mortis, secundum casum contingentem. Nam si solum erit matrimonium morte mariti, donatio erit inter viuos, si verò morte mulieris, donatio erit causa mortis. Id quod dixerunt ij argum. l. precibus. C. de impub. & alijs substitut. vbi Bart. & reliqui scribunt, vulgarem substitutionem expressam, continere, & non continere tacitam pupillarem secundum euentum casus. Nam si mater est in medio, non continet ipsam pupillarem tacitam, ne mater excludatur, si verò mater non est in medio, comprehendit ipsam pupillarem. Qua de re dicemus subsequenti libro præsumpt. 36. Ceterum à prædicta opinione dissentit Salicet. in d. l. 2. in fi. C. de iure dotium, & cum eo Campege, in d. tract. de dote, part. 3. q. 110. ver. item fallit.

21 Primò ea ratione, quod si stipulando simpliciter dicitur stipulari in omnem casum. Et ideo donatio dicitur inter viuos, & si differatur in euentum mortis, l. quæ dotis. ff. solut. matr. Ergo idem isto in casu, quando stipulatus est mixtum omnibus in casibus, nempe siue solutur matrimonium diuortio, siue morte mariti, vel mulieris.

22 Est enim hæc expressio i. eorum, quæ tacite insunt, & ideo nihil operatur, iuxta l. non rectè. C. de fideiuss. Verum respondetur vno verbo, d. l. quæ dotis (vt diximus supra) probare contrarium.

Secundò motus est Salicet. quod iam constat mulierem donare voluisse illi stipulatori solut. matr. se ipsa viuente. Quo quidem in casu censetur facta donatio inter viuos. Ex hoc casu sumitur coniectura, quod donate etiam voluerit inter viuos in alio casu, nempe soluto matrimonio morte mulieris. Et quod verba hæc, vel morte mulieris, non sint apposita causa immutandæ donationis, sed maioris euidentiæ, & voluntatis plenioris demonstranda, sed in illi casum euenturum, petitio & exactio solummodo data est. Verum respondetur, negando in primo illo casu esse donationem inter viuos. Non, præsumitur donasse inter viuos, cum in præiudicio mariti donare ita nequeat. l. 2. ff. de pact. dotal. & l. quævis. C. eod.

23 Septimus est casus, quando concurrunt inter se filiorum, quorum inter est donationem non reuocari, tunc præsumitur donatio inter viuos. Ita egregie Bal. in l. pro hereditarijs, in fi. de acq. hæred. sed Campege, in tract. de dote, part. 3. q. 110. dubitat.

24 Huius disputationis summa est vtilitas. Nam illis in casibus quibus est donatio inter viuos, mulier de ea dote disponere nil poterit, cum iam sit acquisitum ius stipulatori irrevocabiliter. Illis verò in casibus in quibus est donatio causa mortis, potest mulier testari, & disponente de dote ipsa ad libitum. Ita Lucas de Penna in d. l. vlt. col. pen. ver. si hæc faciūt ad questionem. C. de imponenda lucra. de script. lib. 10. & Vinc. Francus in d. decis. 196. num. 5. & probat l. cum pater. §. l. ff. de leg. 2.

Dos confessa à marito, quando præsumatur numerata, in eius, & heredum suorum detrimetum, & præiudicium.

S V M M A R I V M.

1 Maritus ante contractum matrimonium, donandi animo do-

tem recepisse confessus, sibi præiudicat. 2 Dos sine matrimonio esse non potest. 3 Donatio inter coniuges, matrimonio constante nequit consistere.

4 Ignobilis dotem à muliere nobili confessus recepisse, an & quo casu sibi præiudicat.

5 Donationem inter virum, & uxorem remunerationis causa consistere, & quando. num. 6.

6 Nobilis mulier nubendo ignobili, amittit nobilitatem.

7 Dotem recepisse maritus confessus, in dubio futuræ numerationis spe, id intelligitur fecisse. Idque etiam in viuo ignobili ducente nobilem obtinere. num. 11.

8 Quod tamen in muliere paupere, qua dotè numerare nequeat, fallit. num. 16.

9 Dotem non recepisse, quousque maritus audiatur.

10 Donatio non præsumitur, vbi aliqua causa quid factum conijci potest.

11 Liberalis in necessitatibus nemo.

12 Concesso respiciens proprium honorem, non præsumitur animo donandi emissi.

13 Vt estis quas maritus honoris sui causa mulieri dedit, an præsumatur donasse.

14 Onere duplici quem onerare se velle, non est verisimile.

15 Exceptioni dotis non numerata maritus semel renuncians, eam nequit amplius opponere.

16 Idque præsertim, si ex intervallo facta sit, nec incontinenti dum scilicet instrumentum dotis confectum fuerit. num. 18.

17 Vel si lapsum sit tempus eam opponendi. num. 19.

18 Aut subsequuta sit confessio dotis promissionem præcedentem. num. 20.

19 Dotem sibi numeratam, maritus in instrumento gaurentiatio confessus, nequit exceptionem eius non numeratæ opponere.

20 Atque præsertim, si ultra confessionem indicia, & coniecturae dotis numeratæ appareant. num. 22.

21 Qua autem sint coniecturae. num. 23, 24, 25, & 26.

22 Dotem sibi numeratam iuramento asserens, amplius exceptionem non num. opponens, non audiatur. Idque præsertim si facta renunciatione iurauerit. num. 29.

23 Turpitudinem propriam detegere, iure non est permittum.

24 Renunciatio in contractu appesita, tacitam habet confessionis conditionem.

25 Dotis receptæ confessio in fraudem creditorum facta, marito præiudicat, & heredi eius. num. 34. Limita tamen. 35.

26 Bona in fraudem sibi alienans, ea non potest reuocare.

27 Mulier dans augmentum in rebus mobilibus, non potest asserere in se onus probandi, rem se modicam dedisse.

28 Dotem in re immobili, etiam pro æstimato data, recepisse maritus asserens, excipiendo de non numerata, non audiatur.

29 Maritus post contractum matrimonium, confessus recepisse dotem animo donandi, sibi non præiudicat, post mortem tamen illius censetur confirmata donatio. num. 38.

30 Nisi tamen excedat aureos quingentos. num. 39.

31 Donationem inter coniuges, non insinuatam vltra quingentos aureos, morte non confirmari, nec pro parte quidem.



- subsequuta confessio, nec donationis animo, nec numerationis spe emissa præsumitur, sed quod reuera fuerit dos numerata. Contraria est opinio Socini, num. 55.
- 54 Confessio geminata exceptionem non numerata dotis excludit.
- 56 Obligat, & remittit, quis facilius, quam quod reuera donet.
- 57 Simulationis exceptio perpetua est.
- 58 Dotem constante matrimonio maritus recepisse simpliciter confessus, secundum aliquos animo donandi præsumitur fecisse. Contraria est opinio, num. 60. prima tamen opinio asseritur, num. 66.
- 59 Confessio de dote facta in ultima voluntate, differt ab ea, qua in actu inter vivos.
- 61 Confessio facta inter personas, quibus donatio interdicta est, suspecta præsumitur.
- 62 Spiritus repertus possidere bona, qua à patre emisisset, præsumitur fraudulenti.
- 63 Lex ad ea, qua frequentius sunt, adaptatur.
- 64 Exceptionis dotis non numerata tempore lapsi, censetur maritus velle dotem etiam non numeratam restituere.
- 65 Actus faciens, qui uno casu permissus, altero prohibitus est, præsumitur in permissio facere.
- 67 Confessio mariti de dote, ipso præmoriante confirmatur, absque alia rei traditione.
- 68 Confessio de dote, nõ tribuit mulieri ius hypothecæ, aut ius prælationis. *Eaque per maritum, expressè vel tacitè ante mortem rectè venocatur.* num. 69.
- 70 Confessio mariti de dote facta constante matrimonio etiam in instrumento guaranteegiato, marito nõ præiudicat. Rationes redduntur, nu. seqq. Idq; etiam si post confessionem facta mulieri alimenta præstitisset, num. 73. Vel passus fuisset præter labi tempus opponendi exceptionem non numerata, nu. 74.
- 75 Tacitum expressio plus non debet operari.
- 76 Confessio etiam geminata de dote, post matrimonium contractum, non præiudicat marito.
- 77 Confessionem mariti ignobilis de dote, matrimonio iam constate, ipsi præiudicare.
- 78 Confessio facta à marito, matrimonio iam constate, de recepta dote ab alio quam muliere, præsumitur eo quod verè numerata sit, emissa esse, secundum Baldum. & sequaces idque respectu exceptionis de dote non numerata. Contraria probatur opinio, num. 79.
- Quid autem sit, an animo donandi fecisse præsumatur, num. 80.
- 81 Instrumenti verbis, quia vera præsumuntur, standum est.
- 82 Maritus ere alieno gravatus, dotem recepisse confessus à coniuncto mulieris, donandi animo confessus fingitur. Simile est si à socero, cui aquè, atque uxori donare prohibetur, nu. 83.
- Vel ab alio extraneo, cum quo intervenisset tractatus de dote mulieri donanda, nu. 84. Vel si extraneus ille statim mulieris ius suum celsisset, num. 85.
- 86 Confessio de dote matrimonio constate facta à marito, cui socer alio instrumento dotem confessatam soluere promittit, spe facta promissionis præsumitur emissa. Idem si confessionem sequatur promissio de soluendo ante tempus opponendi exceptionem, lapsum, num. 88.
- 87 Actus duo facti alter post alterum, censentur correspondere.
- 89 Hæredes mariti, qui dotem à socero recepisse confessus erat spe futura numerationis in instrumento, vel alia promissione, utrum liberentur cedendo actiones, vel soluere teneantur reuera dotem ipsam, num. 90. cum seqq.

PRÆSUMPT. XII.

EST admodum vilis, & frequens in foro, & iudicij hæc disceptatio, quando dos à marito confesata, præsumatur ei numerata in præiudicium, & detrimentum ipsius mariti, ac hæredum suorum. Quam quidem disputationem diligenter absoluit Bartholomæus Socini in l. i. num. 70. & multis sequentibus. ff. solut. matrim. Nos magna ex parte secuti ordinem, & traditionem

ipsum Socini, alia pro ingenij mediocritate, & diligentia adiungemus.

Duo tempora hic primum vnà cum ipso Socino distinguemus, primum scilicet ante contractum, secundum post contractum matrimonium.

Quo ad primum tempus distinguit Soc. plures conclusiones, nos pauciores casus constituimus.

Primus est, quando constat, quod vir, qui ante matrimonium confessus est recepisse dotem, donandi animum habuit. Hoc in casu confessio non nocet ipsi marito. Ita Soc. Sen. in d. l. i. nu. 70. qui huius opinionis recenset Bal. & Sal. in l. i. C. de don. ante nup. & testatur idem Socinus esse eodem opinionem, quam quidem probatur etiam Gozad. in conf. 28. num. 3. i. vers. quarto dico.

Et hæc quidem opinio fulcitur tex. d. l. i. C. de donat. ante nupt. vbi si donandi animo dotem auxerit maritus, nihil dicitur actum, & ob id à muliere, quod in dotem (inquit tex.) datum non est, repeti non potest. Et accedit, quod licet confessio hæc animo donandi facta sit ante matrimonium, attamen ex quo confertur in tempus matrimonij. l. quod sponsa, C. eodem. cum t̄ appellatur dos, quæ sine matrimonio esse non potest. l. vlt. C. eodem, de donat. ante nupt. Et donatio t̄ constante matrimonio confitetur non possit inter virum, & uxorem, l. i. & 2. ff. de donat. inter virum & uxorem, sequitur dicendum, confessionem, seu verius donationem hanc nõ obesse marito, quin eam reuocare possit, donec vivit. l. 2. C. de dote cauta non numer. si verò præmoriatur maritus confessione illa non reuocata, confirmatur tanquam donatio, l. 2. C. de dote cauta non numer. sic & de stipulatione tradit Bart. in l. si diuortio, num. 3. ff. de verbor. oblig. Et dicitur confirmari non ex verbis, sed ex mente legis, l. cum hic status, §. si sponsus, ff. de donat. inter virum & vxor. quem sic perpendunt Aret. in l. si diuortio, ff. solut. matrim. & Socini in dict. l. i. num. 71. in fin. ff. solut. matrim. dissentit Thom. Sanchez in tract. de matrimonio lib. 6. disput. 9. num. 3.

Declaratur primò, vt locum non habeat hic casus, quando ignobilis confitetur dotem recepisse à muliere nobili. Hoc in casu confessio præiudicat ipsi viro, qui dicitur sic confessus animo donandi, & donatio ipsa valet, quippe quæ remuneratoria dicitur. Ita Ang. in l. i. ff. solut. matrim. quem ibi refert Socini, num. 72.

Hic duos casus considero vnà cum Aretino in c. super eo. il. 2. nu. 8. de testib. & prius Salic. in l. 2. col. 2. ver. aut probatur. C. de dote cauta non numer. Primus est, quò constat t̄ manifestè virum ignobilem ducentem mulierem nobilem, ei donare voluisse, donatio valet, & confitetur, vt potè facta remunerationis gratia. Hoc in casu loquuntur Bar. in l. si diuortio, nu. 4. ff. solut. matrim. ibidem Iaf. num. 13. qui alios plures recenset, & aperit Aret. in c. super eo. il. 2. nu. 4. ver. circa secundum, de testib. & probat tex. l. quod autem, §. si vir, ff. de don. inter virum & vxor. vbi donatio t̄ inter virum & uxorem remunerationis cā confitetur, & tradunt Iaf. in l. ex hociure, nu. 55. ff. de iustit. & iur. & in l. si pater puellæ, col. 1. C. de inoff. testam. & Dec. in l. si donatione, nu. 8. C. de colla. Atqui hæc donatio facta ab ignobili viro, mulieri nobili, d̄ remuneratoria. Ergo valet. Illa minor probatur. Nam cū mulier t̄ nobilis nubens uiro ignobili, nobilitatem amittat, l. mulieres, C. de dignit. lib. 12. & scribunt Bart. & Bald. in l. vltima, C. de verborum significat. & Tiraq. in tract. de nobilitate, cap. 18. nu. 19. & mariti familia quodammodo efficiatur, sequitur, quod in tantæ iacturæ compensationem donare illi potuit maritus.

Cæterum hac opinione dissentit Bald. Nouellus in d. l. i. num. 145. ff. solut. matrim. & in tract. de dote, parte 10. num. 7. in fin. & num. 8. qui quidem motus est textu l. 3. §. videamus, ff. de donat. inter virum & vxor. vbi donatio

donatio facta à libertino filia senatoris, cum qua cõtraxerat matrimonium confitetur, quia matrimonium inter eos esse non potest. Ergo si matrimonium esse potuisset, donatio non valuisset. Est similis text. in l. & ideo, §. vlt. ff. eod. tit. vbi valet donatio inter patronum, & libertam vxorem, cum inter eos matrimonium prohibeatur. Ergo si matrimonium esset validum, non confiteretur donatio. Respondetur primò secundum Iaf. in d. l. si diuortio, nu. 13. in fin. Vel & secundo ex sententia Socini in d. l. i. nu. 73. vers. sed quia, ff. solut. matrimo. prædicta iura loqui, quando donatio facta fuit post contractum matrimonium. Nam tunc non est considerabilis causa remunerationis, ex quo iam celebratum est matrimonium, secus verò si antequam contraheretur, quia tunc donatio fit, vt illa inuicetur ad cõtrahendum, atque illa primo casu est quodammodo necessaria, hoc verò casu est voluntaria: vt dicebat Soc. & nos verè loquimur, quando cõfessio facta fuit antequam contraheretur matrimonium.

Secundus est casus, quando sumus in dubio, quo animo vir iste confessus est dotem recepisse à muliere nobili. Quem quidem casum explicabimus in prima extensione sequentis casus.

Secundus est casus igitur, quò sumus in dubio, quo animo scilicet maritus confessus fuerit se recepisse dotem, an animo donandi, vel spe futura numerationis. Hoc in casu præsumitur, quod confessus t̄ fuerit spe futura numerationis, & propterea exceptionem ipsam opponere poterit intra tempus à lege præstitutum. Ita Socini in d. l. i. num. 5. vers. tertia conclusio, post Specul. & Ioa. Andree quos commemorat. Et idem affirmant Salic. in l. i. in fi. C. de dote cauta non numer. Aret. in conf. 86. col. 2. Alex. in conf. 142. col. 2. lib. 5. Bald. Nouel. in tract. de dote, parte 10. nu. 7. Ruin. in conf. 130. lib. 1. & in conf. 137. nu. 6. lib. 4. Crau. in conf. 40. nu. 1. & Didac. in libr. 1. variat. resol. c. 7. nu. 6. vers. est item hoc. & Sanchez in disput. 9. num. 4.

Primò asseritur text. l. vlt. cum auth. ibi posita, Co. de dote cauta non numer. vbi promissa est exceptio dotis nõ numerata contra instrumentum, in quo scriptum fuit, dotem fuisse datam, si modò elapsum non sit t̄ decennium, quia tunc amplius non auditur. Cum ergo concedatur exceptio dotis non numerata, sequitur dicendum, non præsumi maritum sic confessum animo donandi.

Secundò accedit ratio, quod vbi sumi potest coniectura, aliquid fuisse factum aliqua t̄ causa, donatio non præsumitur, l. cū de indebito, ff. de probat. & latè dissertur in lib. 2. de Arbitr. iudicium, casu 88. col. 2. Atqui hic sumi potest coniectura, quod confessus sit vir iste spe futura numerationis. Ergo non præsumitur, quod animo donandi confessionem emisit.

Extenditur primò hic casus, vt locum etiam habeat quando vir t̄ ignobilis ducturus mulierem nobilem, cõfessus est recepisse dotem. Nam adhuc præsumitur hic confessus spe futura numerationis. Ita Accursius, Cyn. Bart. & Bald. d. l. si voluntate, C. de dotis promiss. & apertius Aret. in c. super eo, il. 2. nu. 9. de testib. Bald. Nouel. in tract. de dote, parte 10. num. 8. Rom. in l. si diuortio, de verb. oblig. & ibid. Alc. num. 5.

Primò ea ratione fulcitur hæc opinio, quia quando præsumi potest alia causa, quam donationis, illa præsumitur, l. si cum aurum, ff. de solutio. & scripti in lib. 2. de arbitr. iudicium, casu 88. col. 1. Atqui nostro in casu sumi potest coniectura, quod spe futura numerationis confessus sit vir recepisse dotem. Non ergo debet præsumi, quod animo donandi.

Secundò accedit, quod hic ignobilis videtur id fecisse, necessitate quadam coactus, vt mulierem illam nobiliem obtineret, quare cum in necessitatibus nemo t̄ liberalis existat, l. rem legatam, ff. de adimend. leg. sequitur dicendum confessionem factam non fuisse animo do-

nandi. Et huc facit tex. notab. l. si vt certo, §. interdum ff. commod. vbi Bar. annotauit, quod quado cõfessio facta t̄ à marito, vel alio, potest habere respectum ad honorem proprium, non præsumitur facta animo donandi. Et idem Bar. in l. his, §. 1. nu. 2. ff. solut. matrimonio, scriptum reliquit, quod maritus non præsumitur donare vestes, t̄ quas sui honoris causa mulieri dedit. Quare de suo loco dicemus. Verum argumentatio hæc leuis est. Nam posset habere locum, quando cõstaret saltem coniecturis, & indicijs, quod mulier illa nolebatur nubere huic ignobili, vel quod eius parentes difficiles se reddebant, vt puella hunc ignobilem virum haberet.

Tertiò confert secundum Aretinum in d. c. super eo. il. 2. nu. 9. vers. confirmatur ista, de testibus, quod si hac confessione induceretur donatio, duæ donationes ex eodem actu inducerentur. Vna quod maritus obligaret se ad alendam vxorem indotatam. Altera, quod obligaret se ad restituendum dotem non habitam. Atqui verum simile non est, quod quis velit se onerare t̄ duplici onere. l. Titia, la. 1. §. qui in vita, de legat. secundo. Ergo non præsumitur facta confessio animo donandi, sed spe futura numerationis. Cæterum considerationem hanc cõfuitavit, & rectè satis Iaf. in d. l. si diuortio, num. 12. ff. de verb. oblig. quod scilicet duæ donationes non sunt, sed vna tantum, nempe dotis, in cuius consequentiam venit obligatio præstandi alimenta ipsi mulieri sic dotatæ. Dum enim vir voluit obligari tanquam donator, sequitur dicendum, voluisse obligari ad alendam ipsam vxorem. Illa ergo prima argumentatio ceteris solidior est. Quare retinenda est hæc sententia, reiecta contraria opinione eorum, qui scripserunt, virum hunc sic fuisse confessum animo donandi. Ita sanè affirmant Cyn. in l. 2. C. de dote cauta non numer. & ibid. Sal. in fi. Bal. in l. i. Co. de don. ante nupt. Ang. in l. i. ff. sol. matrimo. Idem sentit Bar. in l. si diuortio, num. 4. de verb. obligat. vt perpendit ibidem Iaf. nu. 10. & 11. qui idem affirmavit, & apertius Socini. sen. in d. l. i. n. 72. ff. solut. matrim. idem etiam sentit Cast. in conf. 383. Circa primum, col. 1. vers. tertius casus. lib. 2.

Primò ea ratione moti sunt, quod hic adest causa remunerandi, cū mulier nobilis, nubendo ignobili amittat nobilitatem, vt diximus supra, ergo præsumitur donatum ob illa benemerita. l. si verò non remunerandi. §. idem Papin. ff. mandati. Verum respondetur, quod quando fit donatio, & præcedunt benemerita, illa censetur facta ob ipsa præcedentia benemerita, sed nos negamus factam esse donationem.

Præterea non videtur hæc benemerita digna aliqua consideratione, cum mulier nubendo ignobili, tantum estimauerit vt sibi parem esse iudicauerit, & fortè vel ob diuitias, vel ob alias animi dotes eum exoptauit habere.

Secundò motus est Salicetus in d. l. 2. in fine. C. de dote cauta non numer. per l. i. & l. cum veterem. C. de donat. ante nupt. vbi datum à sponso sponse præsumitur donatum ob futurum matrimonium.

Cæterum respondetur, id procedere, quado verè fuit donatum, sed ignoratur causa. Nam tunc præsumitur ob futuras nuptias. Hic verò disputamus de ipso actu, an scilicet præsumatur donatio, vel quod spe futura numerationis sic fuerit confessus. Quia in re dicimus præsumi potius, quod fuerit sic confessus spe futura numerationis: cum donatio non præsumatur. Hæc tamen opinio, quam probauimus, locum habet, quado mulier est adeo diues, vt possit dotem numerare, secus t̄ verò si esset pauper. Nã tunc non spe futura numerationis præsumeretur facta cõfessio à viro, sed animo donandi. Ita Salic. in d. l. 2. col. 2. vers. & ideo solum, C. de dote cauta non numer. qui dixit hoc casu non constitui differentiam, quod mulier sit nobilis, vel ignobilis.

Declarat.